

Band VI., Nr. 1725, Seite 126-127

Graf Ulrich von Württemberg verurteilt als Schiedsrichter in einem Streite zwischen dem Kloster Salem und dem Grafen Eberhard von Wartstein als Vogt und Patron der Kirche zu Erbstetten das Kloster zu einer Geldzahlung an den Grafen, den letzteren zu einer Schadensersatzleistung an die Pfarrei Erbstetten.

Münsingen, 1263. August 15.

Omnibus^a hanc paginam inspecturis Vlricus comes de Wiertenberg noticiam subscriptorum. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, scripturarum solent indiciis eternari. Presentes igitur noverint et futuri, quod facta permutatione inter reverendum in Christo dominum Eberhardum abbatem de Salem suumque monasterium ex una et Waltherum plebanum de Erfsteten ex parte altera de quibusdam prediis, dictis dotibus et decimis, tam monasterio quam predictae ecclesie pertinentibus, secundum quod in aliis litteris plenus est expressum, quia tandem nobilis vir Eberhardus comes de Wartstain, qui pro media parte fuit advocatus et patronus dicte ecclesie, reversus de Lonbardia volens contra dictum monasterium movendo eis litem calumpniari constanter asseruit, indempnitati ipsius ecclesie per ipsum monasterium fore non provisum, eo quod possessiones Cūnradi dicti des Wahters bi dem Brunne et Bertholdi de Vmmendorf in Erfsteten site, quas ipsum monasterium a fratre suo comparaverat, que tres libras denariorum Hallensium ad plenum reddere debuerant annuatim, defectum in VIII solidis denariorum Hallensium paterentur, quare ad inveniendam huius^b defectus veritatem in nobiles viros Swiggerum et Hainricum milites de Gundelvingen et Hainricum militem dictum Senpheli tandem fuerat a predictis partibus compromissum, ita tamen, quod ego Vlricus comes de Wiertenberg habita veritate inter partes predictas nomine veri arbitri potestatem haberem conposicionem amicabilem ordinandi, et quoniam per probos viros mihi constitit evidenter, quod ecclesia sepedicta in Erfsteten prescriptum dampnum hactenus passa fuerit et exnunc annis singulis inscio monasterio pateretur, ego secundum quod in me compromissum fuerat, habito proborum virorum consilio, ad tollendam in posterum cunctorum materiam calumpniandi sum taliter arbitratus, quod reverendus in Christo abbas monasterii in Salem nobili viro^c Eberhardo comiti de Wartstain decem marcas argenti puri persolvat et pretaxatus Eberhardus comes de

^aMit verzierter Initiale.

^bDieses Wort ist aus Versehen doppelt geschrieben.

^cDiese beiden Worte sind versehentlich doppelt geschrieben.

II

Wartstain de suo predio, videlicet prato quod dicitur Mittelwise, dampnum prenotatum ecclesie sancti Stephani in Erfsteten reconpenset, sicut iussus fuerat habundanter, quod me presente factum exstitit completum. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, venerabilis in Christo Eberhardus dei gratia Constantiensis episcopus audita narratione facti hanc litteram sui sigilli iussit munimine roborari. Ego vero et predictus comes sepius memorati sigilla nostra apponi similiter fecimus ad cautelam.

 Acta sunt hec in villa Mvngisingen, anno domini M^o. CC^o. LX^o. III., in Assumptione sancte Marie virginis, hiis testibus presentibus et rogatis: videlicet Swiggero Longo, Cũnrado fratre suo de Gundeluingen, Hainrico de Gundoluingen, Cũnrado plebano de Mungesingen, nobili viro Berhtoldo de Blankenstain, Sigeboto et Sigeboto filio suo de Hundersingen, Marquardo de Bernhusen, Johanne de Nallingen, Eberhardo et Alberto filio suo dictis Munt, Hainrico dapifero de Vrah, Sivrido dicto der Mor, Cũnrado dicto Razenhouer, de fratribus vero de Salem: Reinhardo Wlpi, Cũnrado de Veringen, Hainrico celerario de Ezelingen, Vlrico celerario de Biberah, monachis de Salem, et fratre Vlrico magistro de Altmanshusen et aliis quam pluribus probis viris.

Der Textabdruck erfolgte nach dem heute fehlenden Original in Stuttgart.

 Es hängen noch aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs an: Das erste Siegel, dasjenige des Bischofs Eberhard von Konstanz, und das dritte Siegel, dasjenige des Grafen Eberhard von Wartstein, schildförmig, 39, 37 mm (IV. A. 2.): Der zinnenartig geschrägte, sich mit dem Siegelfeld deckende Schild, Umschrift: + S . COMITIS . HEBRARDI . De . GVARSTEN . (die beiden *S* verkehrt, das *H* nur undeutlich gestochen, bzw. ausgedrückt). Auf dem Rücken der Urkunde steht von ziemlich gleichzeitiger Hand: *Littera comitis Vlrici de Wirtenberch super compositionem decime in Altmanshusen.*

 Ein Duplikat im GLA Karlsruhe hat statt *Vlrico celerario de Biberah, monachis de Salem: Vlrico Gratario de Biberah, sacerdotibus et monachis*; sodann hängt noch das zweite Siegel, das runde Siegel des Grafen Ulrich von Württemberg, an (IV. A. 2.): In einem Schild drei nach links gerichtete vierendige Hirschstangen, Umschrift: + S . VLR . . . I . COMITIS . DE . WIRTENBERC.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Original fehlt seit 1966 im HStA Stuttgart; vormals A 135 Bü 15. Duplikat im GLA Karlsruhe, Codex Salemitanus, 4/6509.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 35, S. 431.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Münsingen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Altmannshausen Wüstung (23669)
 Altmannshausen, Hayingen, RT, W
 Bad Urach Wohnplatz (15999)
 Bad Urach, RT
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
 Biberach an der Riß, BC
 Dapfen : Gomadingen RT
 Dapfen Wohnplatz (15849)
 Erbstetten Wohnplatz (16772)
 Erbstetten, Ehingen (Donau), UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hunderringen Wohnplatz (15918)
 Hunderringen, Münsingen, RT
 Münsingen Wohnplatz (15923)
 Münsingen, RT
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Ummendorf Wohnplatz (17704)
 Ummendorf, BC
 Veringenstadt SIG
 Veringenstadt Gemeinde (21373)
 Wartstein, Ehingen (Donau), UL